

CAMILLI PLAVTII
PAEZONIS IVRIS CONSUL-
TI FONTANELLATENSIS
in Ticinensi Gymnasio ius
civile ordinarium in-
terpretantis.

Ad Illust. & Excell. Petrum Paulum Ar-
tigonus Cæsarei Senatus Me-
diolanensis Præsidem,
Commentaria,

Ad .I. vnic. C. de senten. quæ pro eo quod
interest profer.

VANU MHNIL DVOOS



PLVRIMVM POSSER.

PAPIÆ.

APVD FRANCISCVM ET SIMONEM
MOSCHENIOS FRATRES.

M. D. LIII.



2

ILL. AC PRÆCLARISSIMO
VIRO PETRO PAVLO ARRIGONO
Cesarei Senatus Mediolanensis
Præsidi Optimo Maximo.

C A M I L L V S P L A V T I V S
Iurisconsultus salutem ac felicitatem

P.

D.

IN CREDIBILE
est memoratu Præses In-
clite quam multa ab obtre-
ctactoribus, qui nouitati
meæ inuident, & hominem per se cogni-
tum nulla cōmendatione maiorum, in ali-
quo splendore uersari indignantur, com-
menta atq; conficta fuerint, ut me à scri-
bendo deterrerent, inter cætera autem
cōminiscuntur iam tot & tanta summorū
uirorum extare commentaria ad ius no-
strum explicandum atq; interpretandum
edita, ut nullus scribendi locus superesse
uideatur. **Q**uo fit ut qui quicquā ulterius
A 2 moliatur,

CAMILLI PLAVTII IVRIS⁹
CONSULTI FONTANELLATENSIS
COMMENTARIA,

Ad .I. vnic. C. de senten. quæ pro eo
quod interest profer.

Verba legis sunt hæc videlicet.

CVM de eo quod interest, dubi-
tationes antique in infinitum produ-
ctæ sint, melius nobis uisum est, huiusmodi
prolixitatem, prout possibile est, in angu-
stum coarctare, sancimus igitur, in omni-
bus casibus, qui certam habent quantita-
tē, uel naturā, ueluti in uenditionibus, &
locationibus, & omnibus contractibus,
hoc quod interest, dupli quantitatem mi-
nime excedere. In alijs autem casibus,
qui incerti esse uidetur. Iudices, qui causas
dirimendas suscipiunt, per suam subtilita-
tem requirere. Ut hoc quod re uera in-
ducitur, damnum, hoc reddatur, & non
ex quibusdam machinationibus, & im-

sacerdote, qui pro rectore se gerebat ecclesiæ, ad quā
huiusmodi domus pertinebat, defendebā eum in nihilo
amplius teneri, quam ut laudemium rependeret, &
pretium numeratum refunderet, hæc enim emptor
non fuisset erogaturus si illum sciuisse non esse ue-
rum Rectorem, ad reliquum autem estimationis do-
mus, quæ in immensum creuerat, non teneri respondi,
quia si sciuisse hunc sacerdotem non esse rectorem
ab initio, non emisset, & sic lucri non fecisset huius-
modi augmentum, & sic non potest dici quod facto
sacerdotis amittat huiusmodi lucrum, & hæc dicebam
etiam presupposito quod dolus subesset, multo minus
tenebitur si cesseret dolus, ut dixi paulo supra, & pre-
supposito casu in quo teneatur extra dolum, tamen
non tenebitur supra duplum pretij conuenti, non au-
tem ad totum pretium domus, quod in immēsum cre-
uerat, quia ille contractus habet certam quantitatem
& ita fuit obtentum, & per hec sit imposita manus
extrema huic operi laboris pleno, in quo si quid quod
mortalibus profuturum sit, traditum est, gaudeo, siu
minus, doleo me minus potuisse, quam uoluerim, nosq;
auditores carissimi, minus affecitos esse quam spera-
ueritis, in futurum dabo operam ut meliora ex me in
lucem prodeant, ualete, & plaudite.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P.

P, quinternus est, alij uero quaterni.